1282. Settembre. Torno. Sotto la Loggia di S. Tecla. Morbio 14 (16) 16.

In nomine domini. Anno a nativitate eiusdem millesimo ducentesimo octuagesimo secundo die mercurii sextodecimo intrante septembre indictione
undecima. sub lobio ecclesie sancte tegle de turno. presentia Johannis de ghiyoto de lavizariis. et Jacobini de sillo. et beniamini macii omnes
de turno ibi testium rogatorum. dominus donus Guilielmus de lavizariis dei gratia abbas monasterii sancti abondii. et cum eo donus albertus de
casella prior et monacus dicti monasterii. et donus Guido de ghigo ambo monaci et confratres monasterii sancti abondii isti. Investiverunt nomine loca
tionis ad massaricium et ad fictum faciendum pro se et ad partem tocius capituli et conventus monasterii antedicti Ottonem de salla filium quondam lantolmi de salla de
turno recipiento suo nomine et ad partem Jacobini filii quondam alliprandi de salla nepotis ipsius ottonis de infrascriptis peciis terrarum iacentibus in loco
et territorio et pertinentiis de turno. Prima quarum est laboratiua que iacet ibi ubi dicitur ad pradam de resina sive ad lacaloira. cui coheret a mane. dominus
guasparus fica et dicitur tirabulus. a meridie. pomius de pigenigo et fratres et imperatore tenet de lagitus de resina a dicto monasterio. a sero. ...bus a co
la de cnobio. a nullora tenet de lagitus de resina a monasterio isto. et dicitur esse et est per mensuram tabule octo et pedes tres et oncie nove. Secunda pe
cia est brughiua que iacet ibi ubi dicitur ad fontanam de resina cum duobus arboribus castanearum et una nuce super se habente. cui coheret
a mane tenet de lagitus de resina a dicto monasterio. a meridie. fornaxi de fontana. a sero. primus et imperatore petrus de plasca. a nullora
tenet amodinus de musato a dicto monasterio. et est per mensuram tabule decem et nove et pedes nove et dimidium. Tercia pecia est laboratiua
et pratiua que iacet ibi ubi dicitur in marima. cui coheret a mane. a meridie. a sero et a nullora. heredes quondam Guilielmi de resina. et dicitur esse per me
suram tabule septem et pedes tres et oncie nove. Quarta pecia est silua et pratiua cum arboribus tredecim castanearum supra que iacet
ibi ubi dicitur in tius gombarda de pecolo. cui coheret a mane. sillus de campiliono et imperatore Jacobus de resina. a meridie. tenet de
lagitus de resina. et amodinus de musato a dicto monasterio. a sero dominus Guasparus fica et imperatore tenet amodinus de musa
to a dicto monasterio. a nullora tenet de rexina de lagitus a dicto monasterio. et est per mensuram tabule quadraginta una et
nove. Quinta pecia est laboratiua que iacet in monte plato ibi ubi dicitur ad casi... [illegible]. cui coheret a mane. Gui
lielmus de resina. a meridie. petrezolus de rexina. a sero. de sallis. a nullora. heredes quondam robi de mayno. et dicitur esse per mensu
ram tabule sex et pedes decem. Sesta pecia est laboratiua que iacet ibi ubi dicitur ad pradam. cui coheret a mane. otto de salla.
et imperatore. bonus sambrengus. a meridie. heredes quondam domini Jordani de sancto fidele. a sero. petrus de materio. a nullora. via. et
dicitur esse per mensuram tabule septem et pedes undecim et dimidium. Ita quod de hinc in antea ipse otto suo nomine recipienti et ad
partem dicti Jacobini nepotis ipsius hinc ad annos decem proximos venturos. habeat et teneat et laboret predictas pecias terrarum
locationis nomine ad massaricium et ad fictum faciendum sine contradictione dicti domini abbatis et dictorum monacorum et confratrum capi
tuli et conventus monasterii sancti abondii isti. dando et soluendo omni anno pro ficto et nomine ficti ipsarum terrarum et rerum terri
toriarum in festo sancti martini. solidos viginti quatuor novorum et hec omnia dictus otto pro se et suo nomine et ad partem dicti Jacobini ne
potis eius promixit. obligando dicto domino abbati et dictis monacis recipientibus eorum nomine et ad partem tocius capituli et conventus
monasterii isti. omnia sua bona et bona dicti nepotis eius presentia et futura pignori. attendere et observare dare et soluere
sub pena et impensa dupli dicti ficti et dupli omnium expensarum que fierent et paterentur pro dicto ficto. pena et expensis petendo
et exigendo petenda et exigenda petendis et exigendis. Ita quod utrumque possint peti et exigi cum effectu. Et quod dictas pecias terrarum
et res territorias et quamlibet earum promixit idem dominus abbas et dicti monaci pro se et ad partem tocius capituli et conventus monasterii isti
obligantes omnia eorum bona et bona dicti monasterii presentia et futura pignori. eidem ottoni recipienti suo nomine et ad par
tem dicti Jacobini nepotis eius defendere et warentare ab omni persona collegio et universitate. sub pena et impensa tocius dam
pni et omnium expensarum que fierent et paterentur et tocius interesse predictis et qualibet earum deffendendis et sustinendis. Eo ac
to et pacto habito et innito inter eos quod si non soluerit predictum fictum vel ipse Jacobinus infra predictum festum sancti martini
et terminum quod liceat ipsi domino abbati et cuilibet monaco capituli et conventus monasterii ipsius ipsos ottonem et Jacobinum et quemlibet
eorum capere et detinere et his captis et detentis in carceribus includi et detineri donec de ipso ficto pena et expensis
fuerit integraliter satisfacti in bonis denariis numeratis tantum et non in cartas vel notas eorum de cetero. renonciantes omni
auxilio legum et statutorum factarum vel factum vel futurorum quibus cautum esset vel caveretur quod liberum corpus non possit capi vel
detineri vel in carceribus includi pro debito peccuniario vel ficto et quibus cautum esset vel caveretur quod possit dari in solutum cre
ditoribus perditis ipsorum vel dominis predictis eorum cartas vel notas eorum de cetero. Preterea acto et pacto habito et innito
inter eos quod si steterint per octo dies ellapsos predicto termino festi sancti martini quin soluerint predictum fictum quod ipse
dominus abbas vel monacus capituli et conventus monasterii isti ad terminum expensis [possit stare] preius ipsius ottonis et nepotis eius et cuiuslibet
eorum donec satisfecerint integraliter de ipso ficto pena et expensis in bonis denariis numeratis tantum. Item acto et pa
cto habito et innito inter eos quod predictus otto vel eius nepos non possint vel debeant sine licentia dicti domini abbatis et eius
capituli vel conventus ipsius monasterii predictas pecias terrarum vel aliquam earum venundari colocare vel alliquo allio modo
alienare et si contra fecerit cadat ab hac presenti investitura vel fecerint. Item acto et pacto habito et innito inter eos
quod dictus otto vel dictus Jacobinus nepos eius teneantur et debeant et sic promixit facere attendere et observare
quod tempore finite locationis huius demonstrabunt et designabunt vel alliquis eorum demonstrabit et designabit per coheren
tias et cohoerentiatas et mensuratas istas pecias terrarum et qualibet earum vacuas et expeditas sine molestatione vel impedimen
to allicuius persone collegii vel universitatis. et hoc sub pena et impensa solidorum sexaginta novorum que quidem pena tocies
committatur quocies contra factum fuerit. et pro qualibet pecia ipsarum terrarum qua sic non demonstrabit vel designabit ut su
pra scriptum est. pro quibus omnibus et quolibet ipsorum ipse otto pro se et suo nomine et ad partem dicti Jacobini nepotis ipsius dicto domino
abbati et dictis monacis recipientibus suo nomine et nomine et ad partem tocius capituli et conventus monasterii sancti abondii isti.
obligavit omnia sua bona pignori presentia et futura. [illegible] rata et firma semper promixione manente.

Ego Johannes de lambroxola notarius ab imperatore frederico interfui et hanc cartam rogatus tradidi
et scripsi. cum ista glosula possit stare.

Morbio 14 (16)

Universitäts- u. Landesbibliothek Halle/S.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-1192015415-1814430423-17/fragment/page=1

carta de turno

1282. 16 Jul.

Morbio 14 (16)

Universitäts- u. Landesbibliothek Halle/S.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-1192015415-1814430423-17/fragment/page=2
DFG